

## XLIX

suos stibio Jezabel interpretatur fluxus va-  
nus vel sterquilinius signat mundum qui  
nihil est nisi quidam fluxus vanitatis et vi-  
liratis. qui tunc stibio oculos suos pingit  
cum dolores angustias amaritudines. qui  
si pingens coloribus soppificis delectatio-  
nibus superfundit. **T**erciore  
cordemur in contemptu peccati. obitu hor-  
ribilem Nam sicut platonē. Summa pbia  
est assidua mortis meditatio Eccl. vii. In  
oib<sup>9</sup> opib<sup>9</sup> tuis memorare novissima tua  
et in eternum non peccabis. quod praetaxas  
Bern. in sermone de aplos dicit. Nouis-  
sima tua sunt. mors. iudicium. gehēna. ni-  
hil morte horribilius. nihil iudicio terribili-  
us. nihil gehēna intolerabilius cogitan-  
ti. adfectum ergo contemptum peccati  
et si multis annis vixerit homo. et in his  
omnibus letus erit meminisse debet tene-  
rosi carceris etc. Eccl. xi. Sed a confide-  
ratione mortis auertit concupiscentia vi-  
te alienatrix mentium. Seneca. vna ē ca-  
thēna que alligatos omnes nos tenet. scz  
amor vite Eplos. lv. Non est quod mors time-  
atur. stultius enim nihil est sicut ipse quod timor  
moris. est tamen cum diligenti di-  
spositione certitudinaliter expectanda vñ  
Seneca ibidem Incertum est. quo te loco  
mors excipiet. Itaqz tu illam omni loco  
expecta. **C**irca secundum prin-  
cipale proponit nobis in speculum intelli-  
gentie reatum obligationis cum addit. vi-  
ctorum. Attendendum igitur est. quod sicut  
picula durissimi carceris auferunt facul-  
tatem operandi. libertatem ambulandi.  
potestatem liberandi. et inferunt necessi-  
tatem tolerandi Sic animabus purgan-  
dis carcer purgatorij reddit meritum im-  
possibile. iugum ineffugabile. debitum in-  
solubile. incendium intolerabile. hec autē  
quattuor de istis vinculis comprehenduntur  
vñico versu psalmi. sedentes in tenebris  
etc. tenebre impediunt operatōem. vincu-  
cula euasione. mendicitas solutionem.  
ferum inducit afflictōem. Primo igitur

attendendum est. quod sedentes in tenebris  
purgatorij non possunt mereri pñt tamen  
p merita iuuari. membra enim vincta cum  
non sint mortua. sicca vel palitica. possunt  
recipere corporis influentiam. licet non pos-  
sint rependere administratōis officium.  
hoc autem sit iusticia dei dignitatem re-  
spiciente. quod decesserunt in gratia et in mi-  
sericordia indulgente quia non possunt se  
iuuare per propria Ideo saluator consulit  
Jobā. ix. Operari oportet dum dies est.  
veniet nox quā nemo poterit opari. Ne-  
gligentia nostra videmus nos incarcera-  
ri et negligimus operari vt possimus per  
opera liberari. ppter hoc reprehendit nos  
sapiens. Eccl. ix. quocumqz potest manus  
tua instanter operare. ergo dum tempus  
habemus opemur bonum ad omnes ma-  
xime autē ad domesticos fidei. Sala. iiii.  
vbi glosa Tempus seminandi est pñs vi-  
ta qua currimus In hac licet nobis quod  
volumus operari. cum vero transierit.  
operandi tempus aufertur. signanter autē  
addit. maxie quo ad domesticos fidei. li-  
cet enim suffragia omnibus iustis indigen-  
tibus pñnt. maxime tamē his pro quibus  
specialiter sunt. si enim caritas gradus ha-  
bens opus informat et intentio ordinat.  
Certum est quod non frustratur intentio et o-  
uotio satagentis In persona horū mereri  
potentium clamat Aplos Col. iiii. Memē-  
tote vinculoꝝ meoꝝ. **S**ecū-  
do attendendum est iugum ineffugabile.  
ppter quod dicunt vincti Omnes enim  
astricti tenentur ex decreto diuine iusticie  
donec reddiderint nouissimū quadrante.  
cuius ratio est. quia cum in supernam bie-  
rusalem nihil inquinatum intrare possit.  
Apoca. vii. Impossibile est animam in-  
trare regnum glorie qz diu habeat aliqd  
purgandum. Hoc figuratum est. iiii. Re-  
gum. vi. vbi dicit quod malleus et securis non  
sunt audita in edificatōe templi. pñt enim  
quadrabantur et dolabant lapides et li-  
gna in libano. et postea collocabantur in

¶ 2